Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ps.

nonem ꝛ gnationem: quia omnes qui
sperant in eum non infirmabunt. Et a
uerbis uiri peccatoris non timuerunt:
quia gloria eius stetit ꝛ uerbis eius.
Hodie extollitur. ꝛ eras non inuenietur
eius: quia reuersus est in terram suam.
ꝛ cogitatio eius perit. Vos ergo filii
fortissimi ꝛ uiriliter agite in lege: qui
enim facitis quae nobis praecepta sunt
in lege a domino deo uestro: in ipsa glo
riosi eritis. Et ecce simon frater uester. scio quod
uir consilii est: ipsum audite semper. ꝛ ipse
erit nobis pater. Et uirtus machabeus
fortis uirtutis adimplebitur tua: sit no
bis princeps militiae: ipse agit bel
lum pro nobis. Et adiutores adhibebitis omnes
legis omnes: ꝛ uindicate uindictam
populi uestri. Reddite retributionem
gentibus: ꝛ intendite in praecepta legis.
Et benedixit eos: ꝛ appositus est ad
patres suos. Et defunctus est. c. xl.
ꝛ vi. anno: ꝛ sepultus est a filiis suis
in sepulchris patrum suorum in modin.
Et planxerunt eum omnis israel planctu
magno. Capitulum tertium.

Et surrexit iudas qui uocabatur machabeus filius eius
pro eo. ꝛ adiuuabant eum omnes
fratres eius. ꝛ uniuersi qui se iunxerant
patri eius: ꝛ pugnabantur pugnam israel
cum letitia. ꝛ dilatauerunt gloriam populo
suo. Et induit se loricam sicut gigas.
ꝛ succinxit se armis bellicis suis in pre
liis: ꝛ protegebat castra gladio suo. Et
factus est leoni in operibus suis:
ꝛ sicut catulus leonis rugiens in ue
nationem: ꝛ persecutus est iniquos per
scrutans eos. Et qui conturbabant po
pulum. eos succendit flammis. Et
repulsi sunt timore eius prae timore:
eius. ꝛ omnes operantes iniquitatem
conturbati sunt: ꝛ directa est salus in
manu eius. ꝛ exacerbabat reges multos:
ꝛ letificabat iacob in operibus suis:
ꝛ in sempiterna memoria eius benedictione.
Et pambulabat ciuitates iuda. et
perdidit impios exercitus: ꝛ auertit iram ab
israel: ꝛ nominatus est usque ad nouissimum
terre: ꝛ congregauit pauperes. Et congregauit
apollonium gentes. ꝛ a samaria uirtutem
multam: ꝛ magnam. ad bellandum cum
israel. Et cognouit iudas ꝛ exiuit ob
uiam illi: ꝛ percussit ꝛ occidit illum.
ꝛ ceciderunt multi uulnerati multi: ꝛ reliqui
fugerunt. Et accepit spolia eorum: ꝛ gla
dium apollonii abstulit iudas: et
erat pugnans in eo omnibus diebus
uite suae. Et audiuit seron princeps
exercitus syrie qui congregauit iudas con
gregationem fidelium secum: ꝛ ait: faci
am michi nomen. ꝛ glorificabor in reg
no: ꝛ de bellabo iudam ꝛ eos qui cum
ipso sunt. qui spernebant iubam regis.
Et parauit se. ꝛ ascendit cum eo
castra impiorum fortis auxiliarium: ut fa
cerent uindictam in filios israel: ꝛ ad pri
mum ueniens usque bethoron: ꝛ exiit iudas ob
uiam illis cum paucis. Vt uiderunt
autem exercitum uenientem obuiam sibi:
dixerunt iuda. Quomodo possumus pau
ci pugnare aduersus multitudinem
tantam ꝛ tam fortem. Et nos fatiga
ti sumus ieiunio hodie. Aut iudas
facile est concludi multos in manu
paucorum: ꝛ non est difficile in conspectu dei
celi iuuare in multis. ꝛ in paucis. Da
non est in multitudine exercitus ue
ctoria belli. sed de celo fortitudo est. Ip
si uenerunt adnos in multitudine
superbiae. ꝛ superbiae: ut disperdant nos
ꝛ uxores nostras. ꝛ filios nostros. ut spo
lient nos. Nos uero pugnabimus
animabus nostris. Legibus nostris. ꝛ ipse
dominus deus conteret eos ante faciem
nostram. Vos autem ne timueritis eos.
Vt cessauit autem loquens insilit i

Ps.